RVDI-

MENTA GRAMMA

tices, & docendi Methodus,

non tam ſcholæ Gypſuychia-

næ per Reuerendiſſimum D.

Thomam Cardinalem Ebor.

feliciter inſtitutæ, quam

omnibus alijs totius

Angliæ ſcholis

præſcri-

pta.

1539

Dicitur Augustus celebres fouisse poëtas,
Et semper doctos excoluisse uiros.
Hũc sibi munificũ Maro sensit, & hunc quoq; Flaccus
Sensit præsidium non mediocre suum.
Aetas illa quidem tanto sub principe felix,
Sed tamen hæc felix, estq; beata magis.
Namq; suo Henrico clarissima principe uirtus
Ingenium, mores, eloquiumq; uiget.
Carminibus uates, Rhetor sermone diserto,
Et studio floret diua Minerua sacro.
Quoq; foret teneris pubis spes ampla Britannis.
Discere quæ posset uerba latina loqui
Aspice Grammaticas normas, Methodumq; docendi
Præscriptam à Thoma præside Cardineo.
O felix princeps tam clari fautor alumni,
Hæc coluit studijs qui tua regna suis.

THOMAS

CARDINALIS EBORACEN. &c.

Gypſuichianæ ſcholæ præceptoribus. S. D.

NEminem latere putamus, quanto animi conatu, ſtudio, induſtria, huc ſemper labores noſtros deſtinauerimus, non ut noſtris priuatim commodis, ſed uti patriæ, ciuibusq; noſtris omnibus quamplurimum conſuleremus. Qua una in re amplißimum pietatis fructum nos aſſecuturos eſſe arbitramur, ſi diuino aliquo munere populariũ noſtrorum animos exornaremus. Proindè maximo, incredibiliq; pietatis ardore erga patriam affecti, quæ nos uelut iure quodã ſibi uendicat, ludum literarium non omnino inelegantem uelut amoris ſummi erga eandẽ noſtri, clariſſimum teſtimonium dedicauimus. Verum quoniam parum uiſum eſt ludum quantumuis magnificum extruxiſſe: niſi etiam acceſſerit præceptorum peritia, modis omnibus dedimus operam, ut nos duos præceptores electos, probatosq; huic præficeremus, ſub quibus Britãnica pubes ſtatim à primis annis & mores & literas imbiberet: nimirum intelligentes in hac ætate, uelut herba, ſpem reip. poſitam eſſe. Id quod ut felicius maturiusq; conſequeretur, libello puerilis inſtitutionis methodumq;, ac rationem docendi, apprimè huic pubi neceſſariam, omni noſtra cura, ſtudio, diligentia, ut haberetis curauimus. Veſtræ partes erunt nunc uiciſſim, qui huic nouæ ſcholæ noſtræ præceptores eſtis, hic rudimentis, ac docendi ratione diligenter exercere hos pueros, deinceps cum elegantiſſima literatura tũ optimis moribus ad maiora profecturos. Ad quod ſi pa-

ri cura enitimini, atq; nos ad oculum nobis commonstra turi sumus, nos non tam uobis uestro studio impense fa uentes iam demerebimini, quam planè apud posteros, felices reddideritis. Bene ualete. Ex ædibus nostris. Anno domini Millesimo Quingentesimo Vigesimo octauo, Calend. Septembris.

Quo ordine pueri in nostrum gymnasium admissi do cendi sint, quiq; authores ijsdem prælegendi.

Primæ Classis. Methodus.

PRincipio scholam hanc nostrã in Classes octo par tiendã esse non incongruè placuit, quarum prima pueros rudiores in octo oratiõis partibus diligẽter ex ercendos contineat, quorum os tenerum formare præ cipua cura uobis sit, utpotè qui & apertissima & ele gantissima uocis pronunciatione, tradita elementa pro ferãt siquidem rudem materiam licet ad quoduis ef fingere, & Horatio monente: Quo semel est imbutare cens seruabit odorem Testa diu: quamobrem hanc ætatem iusta uestra cura defraudare minimè par est.

Secundæ Classis.

Deindè postquam ætas hæc satis feliciter illis primis rudimentis adulta profecerit, eam in secundum ordinẽ uocari uelimus ad usum loquendi Latine, & ad uertendum in Latinum aliquod propositum uulgare non insulsum neq; ineptum, sed quod argutam aliquam aut uenustam habeat sententiam quæ ab ingenio puerili nõ nimium abhorreat, quod simul ac uersum fuerit, quam mox characteribus Romanis mandari oportebit, dabi tisq; operam quotidie, ut libellos quamemendatissimos, quamq; elegantissime sua quisq; manu scriptos habeat uniuersus grex.

Si qui

Si Autorem aliquem præter rudimẽta, adhibendum tenellæ pubi cenſueritis, id erit uel Lilij carmen monitoriũ uel præcepta Catonis, nimirũ formandi oris grã

Tertiæ Claſsis.

Ex autoribus, qui ad quotidianum ſermonem purũ terſũ, elimatum magnoperè cõducunt, quis facetior, quã AEſop9? aut quã Ter. utilior? Vterq; uel ipſo argumẽti genere adoleſcentiæ non iniucundus.

Rurſum huic ordini de nominum generibus libellum quem Lilius conſcripſerat, ſi adiunxeritis, non improbauerimus.

Quartæ Claſsis.

Præterea cum quartæ claſsis militiam exercebitis, què ducem malitis, quã ipſum Vergilium omnium poëtarum principem uobis dari? cuius maieſtatẽ carminis, uoce bene ſonora efferẽdã eſſe operæprecium fuerit

Verborum præterita & ſupina huic ordini cõueniẽtia cõmodabit Lilius, uerum ut huiuſmodi fateor neceſſaria, ita uelimus tamẽ tradi, quoad fieri poßit, ut potiorem dici partem non occupent.

Quintæ Claſsis.

Nunc demum uideo uos cupere, quã docendi rationẽ hic præcipiamus. Agite mos geratur uobis in primis hoc unum admonẽdum cẽſuerimus, ut neq; plagis ſeuerioribus neq; uultuoſis minis, aut ulla tyrãnidis ſpecie tenera pubes afficiatur: hac enĩ iniuria ingenij alacritas, aut extingui, aut magna ex parte obtundi ſolet

Huic ordini qđ doceatur, præcipuum erit, ut aliquot ſelectas Ciceronis Epiſtolas prælegatis, qbus ſane nullæ aliæ uidẽtur nobis ad diuitem ſermonis copiam pa-

radam, neq; facilores, neq; uberiores

Sextæ Classis.

Porrò sextus ordo Historiã aliquã, uel ut Salustij, aut cõmẽtariorũ Cæsaris postulare uidetur, quibus Syntaxim Lilij nõ in eõ grue addiderimus, uerba defectiua, anomala, et q̃cũq; heteroclyta obiter legẽtes admonebi-

Septimæ Classis. (tis.

Septimi ordinis grex aut Horatij epistolas aut Quĩ. Metamorphosin aut Fastorũ libros assiduè euoluat, interim uel carmẽ uel epistolã aliquã cõponens, illud quoq; pmagni referet. Si aliquoties aut carmẽ soluerint. aut soutã orationem pedibus aligatam reddiderint. Auditane effluãt aut apud uos, aut cum alijs puer re-tractet, Sub somnum excuisiti quippiã ac dignum memoria meditetur, qđ proxima aurora præceptori reddat. Interdum laxãdus est animus, intermiscẽdus ludus at liberalis tamẽ, & literis dignus. In ipsis studijs sic uoluptas ẽ intermiscẽda, ut puer ludũ potius discẽdi, quã laborem existimet. Cauẽdum erit ne immodica cõtẽtione ingenua discentiũ obruãtur, aut lectione prælonga defatigentur: utraq; enim iuxta offenditur.

Octauæ Classis.

Deniq; hoc exercitio ad aliquã sermonis peritiã profectus grex, ad maiora grãmatices præceptore uocetur, uelut ad figuras à Donato præscriptas, ad Vallæ elegãtiã & ad linguæ latinæ quoslibet ueteres authores in qbus prælegendis nos admonitos uelimus, ut ea dũtaxat, q explicãda præsẽti loco sint idonea, conemur dicere: ueluti comœdiam Terẽtianã enarraturi, imprimis authoris fortunã, ingenium, sermonis elegãtiã

paucis

paucis disseratis: Deīdè quātū habeat & uoluptatis & utilitatis Comœdiarū lectio, deindè qd significet ea uox & undè ducta, Deīdè dilucidè & breuiter summā argumēti explicetis, Carminis genus diligēter īdicetis Postea ordinetis simplicius, deindè si qua insignis elegātia, si qd prisce dictum, si qd nouatū si quid Græcanicū, si quid obscurius, si qua etymolagia, si qua deriuatio et cōpositio, si qs ordo durior et ꝑturbatior si qua ortographia, si qua figura, si quid egregiū orationis decus, si qua exornatio Rhetorica, si prouerbiū si quid imitādum, si quid nō imitādū sit, diligēter gregē admoneatis. Præterea in ludo dabitis opā, ut grex q̄ emēdatissimè loquatur, loquētē aliquoties collaudetis, si quid dictū erit aptius aut emēdetis, cum errabit Interdū epistolæ breuis argumētum sed argutum lingua uulgari proponi debet. Postremò si libet, ostendatis formulas aliquot, quibus traditum thema cōmodè tractari poterit. His rudimentis pueri in nrā schola imbuti, facilè declarabunt quantoperè referat ab optimis auspicatum fuisse. uos modo pergite, ac patriam bene merentem honestissimis studijs illustrate.

Iohn Rytgardson clericus
[illegible]